Nihilominus memoratis partes ipsarumque haeredes ac successores in eis.
Suis bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniarum habitis et haben.
dis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis
inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roborando ex his Actis
Castren. authentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. ante
decursum unius anni transferre et transportare. Idque sub simili
speciali vadio decem millium florenorum pecuniae polonicalis per partem
parti cum successoribus utriusque partis ob non transportationem inscri.
ptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad solvendum
succumbens. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso
ad solvendum succumbens ac pro re aliqua principali ex praemissis
non completa complendisque praemissis citata existens pars una
praemissa non tenens aut eius successorum ad instantiam partis
alterius praemissa tenentis vel illius posterorum ad officium prae.
sens Castren. Capitaneale Premislien. ex hic recessu suprascripto
quoad vadium et inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum spectat
mediantis semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere respondere vadia praefacta luere
inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit
ac tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia obli.
gant eundem terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes causis eius eosdem terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatio.
ne intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad
ubicunque vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impe.
dimentis non differendo ad quietationem ultra proximos ter.
minos officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi
non sumendo nullasque motiones appellationes ac earum
prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per omnibus simplicibus
sive coniunctim sive divisim

Vel triplicatis

vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris Corone
Venedum bello Convocatione et aliis omnibus iuris remediis
defensionis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad prae.
missa omnia mediante.

Krzemienski Zerleckiey Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capit.
Premislien. Nobilis Jacobus Krzemienski sanus mente et corpo.
re existens a Terris districtibus iuribus iuridicis nibusque suis
qui bonis suis propriis et competentem recedens huic autem iuris.
dictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se suum
successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expres.
sum recognovit. Quia ipse bona sua haereditaria velut totales
integras sortes suas haereditarias in villa Terlo in Terra et di.
strictu praesenti Premislien. consistentem a se regnantem a Nobili
Theodoro Terlecki iure donationis per eum acquisitas et sibi a.
ctis Castren. Sanocen. inscriptas excepto agro Medwedczet
nuncupato in quo residebant Janko et Macko fratres inter
metas ab una Philipkowska parietes et subditos Nobilis Ale.
xandri ab altera partibus consistentem ad graniciem villae Sme.
recena sese protendentis quem agrum pro se suisque successoribus
idem reges reservat nec sub hanc inscriptionem cadere declarat. Cum
omni praemissorum iure Dominio et proprietate tituloque haereditario
Cumque omnibus et singulis eorumque bonorum utilitatibus proventibus
proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis
et pertinentiis quibusvis universis nullis penitus exceptis nec
pro se suisque successoribus aut aliquo modo reservatis sed
omnibus in genere et singulis in specie comprehensis
genere per speciem et e contra in nullo derogando
Terrum ita late longe circumferentiatisque prout praesentiam

bonorum hæreditas ?? in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et pro-
tenditur ac prout eadem bona ipsemet reg[no]s tenuit habuit et possidebat
ipsq[ue] concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto Nobili
Marinæ Nobilis Alexandri Zerlecki filiæ; Consorti vero Nobilis Nico-
lai Zerlecki legitimo et ipsius successoribus dedit donavit ac titu-
lo puro mero perpetuo et irrevocabilis donationis inscripsit et
resignavit prout præsentibus dat donat ac titulo puro mero perpe-
tuo et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et
in ævum. Etiam ex nunc et de facto idem reg[no]s Nobilis Jacobus
Krzemienski præfatæ Nobili Marinæ Zerlecka et ipsius succes-
soribus Coram officio præsenti in bona præfata donata dat et ad-
mittit realem intromissionem et actualem pacificamq[ue] possessionem
per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc
ab officio præsenti additos die quacunque voluerint officiose
acceptandam. Per ipsam Donatariam suam et illius successores
bona præfata donata iure hæreditario tenendi habendi possiden-
di illisq[ue] pacifice et quiete fruendi ac ad usus suos suorumq[ue]
successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi.
Debebit et tenebitur memoratus reg[no]s Nobilis Jacobus Krze-
mienski prout se ac suos successores in et super bonis suis
gratis omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis præ-
dictis Nobili Marinæ Zerlecka et illius posteris inscribit et
obligat ipsam et illius successores in dictis bonis donatis et
ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarum-
cunq[ue] personarum Cuiuscunq[ue] Conditionis status et sexus existen[tium]
per omnes præsentes Terrestres prout ad quamlibet personam
Terrestris spectat et pertinet præscriptis in omni Iudicio et
officio Regni exoriunda tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere

ac liberare

ac liberare indemnemq[ue] cum posteris reddere Nec non bona prænominata
donata ab omnibus in genere oneribus et inscriptionibus prioribus et po-
sterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a
quibus citationibus in eadem bona importatis et impor-
tandis lucris denique et perlucris ac processibus iuris qui-
buscunq[ue] in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus
et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinen-
dis in eisdem bonis donatis perductis et perducendis emun-
dare et liberare mundaque et libera semper facere ac etiam
intromissionem præfatam Coram officio præsenti admissam
in fundo bonorum prædictorum dum per Ministerialem et Nobi-
les officiose requiretur non denegare imo tenebitur eandem
libere et effectualiter dare et admittere detaq[ue] et admissa
eadem possessionem et usumfructum præmissorum quo-
vis modo tam per se quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas non adimere nec impedire ipsamq[ue]
donatariam suam et illius successores in dictis bonis dona-
tis tam in toto quam in quavis minima parte non inquietare. Ita
ut eadem bona donata præfata donataria sua cum suis po-
steris quiete et pacifice vigore inscriptionis præsentis tenere
et possidere queat temporibus perpetuis. Idq[ue] sub damnis
Terrestribus simpliciter atq[ue] corporali iuramento taxan-
dis per præfatum recognoscentem Nobilem Jacobum Krze-
mienski eiusq[ue] successores suprascriptos Nobili Marinæ
Zerlecka donatariæ suæ eiusq[ue] posteris ob non adimpleti-
onem præmissorum omnium et singulorum tam in toto quam in
parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Nihilominus idem recognoscens Nobilis Jacobus Krzemien-

ski praefatae Nobilis Mariannae Zerleczka patri vel ter Nobili Alexandro Zerleczki vel marito aut amico ipsius et successoribus parentis illius date et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem donatoriam et hic Actis Castren. authentice depromptum ad Acta Terrestria Premislien. quandocunque voluerit transferend. et transportandi quae transportata tanti valebit acti per ipsummet recognoscentem transportaretur. In quibus quidem damnis Terrestribus praefatis simpliciter absque corporali iuramento taxandis per praefati recognoscentem taliter ad solvendumque succumbendis ac pro re aliqua principali ex praemissis non complendis complendisque praemissis citatus existens memoratus recognoscens Nobilis Jacobus Tremienski aut eius successores ad instantiam praefatae Nobilis Mariannae Zerleczka vel ipsius posteri ad officium praesens Castren. Capitaneale Premislien. extunc recessu suprascripto quoad rem dum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere in debito damna praefacta Terrestria simpliciter taxata luere inscriptioni huic satis facere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem termini semper peremptorie vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos Officii praefati Castrensis Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa

omnia

omnia primis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus praefatis iuris praescriptione Terrestri bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Podlanski Eidem Zerleckiey Ced.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitanealibus Premislien. Nobilis Stephanus Podlanski sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huicque autem iurisdictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo vel ter de inscriptione Terrestri Premislien. sibi recognita super summam Mille quingentorum florenorum pecuniae polonicae per eundem Nicolaum Zerleczki modo simplicis debiti facta et recognita inscriptionemque eandem de praemissis latius. Necnon de summa praefata in eadem inscriptione contenta cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis inscriptionis praefatae conditionibus punctis clausulis [illegible] utilitatibus fructibus proventibus [illegible] emolumentis obventionibus acquaeductis prorogatione nihil ex praemissis pro se suisque successoribus aut aliquopiam reservando et excipiendo verum prout praemissa omnia ipsummet recognoscentem concernebant ac eidem serviebant Jamnunc et de facto Nobili Marcianae filiae Nobilis Alexandri Zerleczki consorti vero praefati Nobilis Nicolai Zerleczki legitimae eiusque posteris cedit et condescendit omneque et integrum ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem cessionariae suae et ipsius posterorum totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout praesentibus transfundit